



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Vigesimum Secundum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

Vigesimum Secundum Priuilegium.


1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, † quòd Deci-
 2 ma nulla ratione à † laico præscribuntur, quia
 3 spiritualia possidere non possunt, ca. causam de
 4 præscript. † vna vero ecclesia contra aliam eccle-
 5 siam spatio tamen quadraginta annorum deci-
 6 mas præscribere. cap. ad aures. eo. tit. † & si con-
 7 tra hanc præscriptionem quadraginta annorum
 8 currentem contra ecclesiam allegaretur interruptio, ad eam pro-
 9 bandam ab vtraque parte recipiuntur testes, pariter † fines prædio-
 10 rum ecclesiasticarum spacio quadraginta annorum præscribuntur,
 11 cap. quia eo. † iura autem quæ incumbunt Romanæ ecclesiæ cen-
 12 tum annorum spacio præscribuntur, cap. ad audientiam. eod. titu.
 13 speciali igitur priuilegio annorum centum de iure ciuili, vt in Au-
 14 then. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. ac etiam iure Canonico,
 15 † ex ista centenaria præscriptione deducenda sunt tempora scisma-
 tum, etiam si esset quæstio contra ecclesiam immediate subiectam
 curiæ Romanæ cap. cum nobis. eo. titu. † si quæstio verteretur in-
 ter Abbatem, & Episcopum, inferior præscribere potest in locis si-
 bi subiectis, dum tamen tempora uacationis sedis Episcopalis sup-
 putentur, cap. auditis. eod. titu. † qui habet ius præscriptum, & à
 Summo Pontifice priuilegium contrarium impetrat, illo vtendo
 præscriptioni renuntiat, vt in cap. veniens eo. tit. † sed nec in foro
 canonico, nec ciuili præscriptio valet, quando possessor est malefi-
 dei, dicit enim tex. in cap. si. eo. tit. quod præscriptio in nulla tempo-
 ris parte rei alienæ habeat conscientiam, ad hoc vt quis præscribe-
 re valeat, tria requiruntur iustus titulus, vt quia dat causam præ-
 scribendi, cap. si diligenti eod. titu. & quod habeat bonam fidem,
 ut ibi requiritur etiam continuata possessio, cap. illud eodem titu.
 capitu. sine de regulis iuris in 6. † possessio longissimi tempo-
 ris de cuius memoria non existit in contrarium, habet vim tituli,
 Ioan. Andr. in cap. 2. de præbend. lib. 6. & hoc habet locum quan-
 do † capacitas datur, in exercente aliàs non, unde si † laicus exer-
 ceret actum spiritualem, uel alicuius ordinis, nunquam quod exer-
 cuerit præscribere poterit, vt not. † quod fama probat iustam cau-
 sam credendi, c. inquisitioni de sent. excom. c. cum contingat de re-
 scrip. Bart. in l. 2. C. si seru. aut lib. 10. & in l. Celsus. ff. de usu capio. si
 fama

fama erat, quod res ita fiebat per priuilegio Summi Pontificis, & quod propter bellum fuit deperditum, currit prescriptio, vt not. 17 in l. quod vulgo. ff. pro empt. quia facit titulum, † prescriptio non currit contra visitationem, nec ipsius procuracionem, gl. in cap. ue 18 nerabili. de cens. † exceptio spoliacionis non interrumpit prescri- 19 ptionem, quia † prescriptio in odium non petentium inducta est, 20 cap. vigilanti de prescrip. qui † excipit non petit, sed repellit pe- 21 tentem, l. i. ff. de excep. † prescriptio autem annalis interrumpi- tur per oblationem cautionis, cap. pastoralis, de offic. iud. ord. & cap. cum venissent de eo: qui mitt. in poss.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutis omnes ligantur, & ordinationibus.
- 2 Audax nemo sit, vt in actionibus, & iudicijs ecclesiasticis suo sensu, uel aucto- ritate proprio ducantur.
- 3 Statuta Canonum sunt personalia, alia localia: alia causalia, alia temporalia.
- 4 Statutis illis omnes parere tenentur.
- 5 Statuta respiciunt futura.
- 6 Statuta condendi, potestas mutandi, addendi, et corrigendi est Summi Pontificis.
- 7 Pontifex maximus est Vicarius Christi, & ab eo eadem concessa sunt, & tran- slata statuta, vel ius statuendi translatum fuit per illa uerba; Pasce oues meas, vel per illa uerba, Docete &c.
- 8 Lex que est translata ad nos pertinet
- 9 Prohibitum quod a lege omne est, peccatum est, & omne illud quod ab eo se- quitur.
- 10 Prohibitio nedumque nocet: sed que nocitura fieri potest.
- 11 Prohibens concupiscentiam, omnia mala prohibere videtur.
- 12 Concupiscentia parit omne genus peccati.
- 13 Cupiditas est radix omnium malorum.
- 14 Cupiditas parit septem peccata mortalia.

Vigesimum Tertium Priuilegium.

1  2 C C L E S I A gaudet hoc maximo priuilegio, † quod omnes ligantur statutis, & ordinationibus eius † & ne- 3 mo erit tam audax, ut in actionibus & iudicijs eccle- 4 siasticis suo sensu vel auctoritate propria ducatur vt 5 in cap. i. de constitut. † statuta canonum sunt perso- 6 nalia, alia localia. 63. dist. cap. cum longe alia causalia, alia tem- 7 po-